

Universitätsbibliothek Paderborn

De Vetere Clerico, Monacho, Clerico-Monacho, Libri Tres

Primus veterem habitum: Secundus conuictum ac disciplinam: Tertius honores ac priuilegia describit

De Clerici, Monachi Vetere Institvto. Liber Primvs - Distinctus in tres Partes. In quibus, praeter veterem eorum habitu[m], multa quoque inserta de veste veterum laicorum. Breuiterq[ue] explicata singulorum origo, & antiquitas.

Landmeter, Laurentius

Lovanii, 1626

Cap XV. Quid Tunica, Quid Rasa. Rachana. Rachanellæ. Rasophori.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11007

144 DE VETERE CLERICORVM

^{2 Tim. 2.} sexum Apostoli, ne sit eis ornatus in *tortis
crinibus*, aut *extrinsecus capillatura*. Decla-
^{1. Pet. 3.} rauit vtrumque S. Hieronymus, loquēs de
<sup>Ep. 23.
ad Mar.
cell.</sup> ea quæ de sæculo transierat ad religionem,
Tunc (inquit *crines ancillulae disponebant, &
mitellis crificantibus vertex arctabatur in-
noxius; nunc neglectum caput (imò & ton-
sum) scit sibi tantum sufficere si veletur.*

Obseruo præterea, grauiter in hoc ritu
errasse Audericum quendam Hybernum,
<sup>Baron.
Tom. II.
an. Do.
mini
1035.</sup> famâ sanctitatis alioqui celebrem. qui vir-
gines more Clericorum in coronam ton-
debat, ac ita sine velamine iubebat ince-
dere. Sed nihil durauit hic error, mox ex-
plosus ut ridiculus, & alienus ab Ecclesia-
sticâ consuetudine.

Cucullam sequitur Tunica.

C A P V T XV.

*Quid Tunica. Quid Rasa. Rachana. Racha-
nella. Rasophori.*

<sup>Agel. I. 7.
cap. 15.</sup> **P**orrò Tunicæ sine manicis erant. Et
sanè veteri æuo, Roma ac toto latio,
tunicis

tunicis ultra brachia prolixis vti, viris indecorum fuit. Virgilius quoque tunicas huiusmodi quasi famineas & probrofas crimina-

tur.

Et tunica (inquit) manicas, & habent redimicula mitrae

Q. quoque Ennius, Carthaginem tunicatam iuuentutem non videtur sine probro dixisse. Vnde apud Nonium Marcellini. Tunica definitur, vestimentum sine manicis. Hinc Græcis vocata Colobium, κολόβων enim idem quod truncum, mutillum. Atque ita monachorum tunicæ manicis truncatae. non ita monialium sed tunicæ eis erant chyrodatæ, aut (vt loquutus est Plautus) manuleatæ. Manicae laneæ tibi sunt (inquit S. Athanas. ad virginem) Lib. de virginit. que tegant brachia usque ad manuum digitos.

Et quia veterum monachorum indumenta, auctore Cassiano, magis ad morum informationem, quam ad corporis necessitatem erant spectantia: manicarum abscissio eis suggerebat, quod actus & opera mundi

T huius

146 DE VETERE CLERICORVM

huius, deberent eis esse amputata. Aut, vt di-
Tom. 4.
bibli. t.
ss. pp. *xit Dorotheus Abbas, non habere eos ma-*
nus ad operandum aliquid hominis pristini.

Tunica Græcis etiam *Rasa* dicta, in-
 dubiè ob eius vilitatem : vt deriuatio sit
 à græco *pános*, quo vilis pannus aut tri-
 tum vestimentum significatur. Indè inter
 pauperum operimenta Rachanæ & Ra-
 chanellæ, quarum quatuor veniebant yno
 numismate, in vitâ Iohan. Eleemos. hinc
 Monachi ipsi Rasophori dicti. Vide Græ-
Cap. 20.
& 26.1 corum Euchologium & Rosweidæ Ono-
 masticon. Alibi appellatur Lebitonarium,
 Lebete, Lebiton. *Quod Aegiptijs Mona-*
chis (inquit S. Hieron. in præf. ad reg. S.
 Pachomij) *vestimenti genus est sine ma-*
niciis.

C A-